



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Iosephina Lvcernensis

**Reiß, Jacob
Tschan, Jacob**

Constantiae, 1658

Oratio votiva ad S. Iosephvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9773

nolunt, quibus eadem Fides exosa est, ductò hinc novò argumentò, seu verius mantelò contumaciæ suæ, quòd tam facile doctrinis vanis & peregrinis abducamur, contra Apost. monitum, ad Hebr. 13. v. 9.

Resolutio Questionis.

1. Tutior longè est Sententia Negans.
2. An Sententia affirmans dici possit probabilis ac verisimilis, Doctoribus alijs omnibus tacentibus, mihi non liquet.
3. Si cui tamen post immaculatam Dei Genitricem, hoc speciale immunitatis Privilegium, probabiliter concedi potest, existimo concedendum esse IOSEPHO.

Ad cuius maiorem Laudem, utinam! Deus cogitationes nostras omnes converteret!

ORATIO VOTIVA

Ad

S. IOSEPHVM.

Beatissime IOSEPH, Pater Nutritie IESV Christi Filij Dei, & Sponse sanctissimæ Matris eiusdem Dei, Virginis MARIE. Ego N. te hodie in Patrem, Patronum, & Advocatum eligo, firmiterque statuo, ac propono, me nunquam

te

te derelicturum, neque contra te aliquid unquam dicturum, aut facturum, neque permissurum, ut à meis subditis aliquid contra tuum honorem unquam agatur. Obsecro te igitur, suscipe me in Scrvum perpetuum: adsis mihi in omnibus actionibus, ac necessitatibus meis; nec me deferas in horâ mortis meæ, Amen.

ALIA ORATIO.

Ad eundem Sanctum.

AVe IOSEPH fili David, qui meruisti audire ab Angelo: noli timere accipere MARIAM conjugem tuam: quod enim in illâ natum est, de Spiritu sancto est; pariet autem Filium, & vocabis nomen eius IESVM. Hunc ô IOSEPH exora, ut me quoque saluum faciat à peccatis meis; liberet à N. N. donet sanitate, sapientiâ, ac sanctitate; tandemque perducatur ad se in horâ mortis meæ,
Amen.



V 5

APPRO-